24. Si superatus fuerit populus tuus Israël ab inimicis (peccabunt enim tibi) et conversi egerint pœnitentiam, et obsecraverint nomen tuum, et fuerint deprecati in loco isto,

25. Tu exaudies de cœlo, et propitiare peccato populi tui Israël, et reduc eos in terram, quam dedisti eis, et patribus eorum.

26. Si clauso cœlo pluvia non fluxerit propter peccata populi, et deprecati te fuerint in loco isto, et confessi nomini tuo, et conversi à peccatis suis, cùm eos afflixeris,

27. Exaudi de cœlo, Domine, et dimitte peccata servis tuis et populi tui Israël, et doce eos viam bonam, per quam ingrediantur: et da pluviam terræ, quam dedisti populo tuo ad possidendum.

28. [a] Fames si orta fuerit in terra, et pestilentia, ærugo, et aurugo, et locusta, et bruchus, et hostes, vastatis regionibus, portas obsederint civitatis, omnisque plaga et infirmitas presserit:

29. Si quis de populo tuo Israël fuerit deprecatus, cognoscens plagam et infirmitatem suam, et expanderit manus suas in domo hac,

30. Tu exaudies de cœlo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, et propitiare, et redde unicui-

de los cielos[1] no te abarcan, ¿cuánto menos esta casa, que yo he edificado?

19. Mas para esto solo ha sido hecha, para que tú, Señor Dios mio, vuelvas los ojos á la oracion de tu siervo, y á sus súplicas[2]: y oigas los ruegos, que derrama tu siervo en tu presencia:

20. Para que tengas abiertos los ojos sobre esta casa dias y noches, sobre el lugar, en que has prometido que seria invocado tu nombre,

21. Y para que oyeras la oracion, que te hace en él tu siervo: y escuches los ruegos de tu siervo, y de tu pueblo de Israél. Á todo aquel que orare en este lugar, escúchale desde tu morada, esto es, desde los cielos, y muéstratele propicio.

22. Si alguno pecare contra su prójimo, y viniere resuelto á jurar contra él, y se obligare con maldicion[3] delante del altar en esta casa:

23. Tú lo oirás desde el cielo, y harás justicia á tus siervos, de manera que pagues al inicuo su camino sobre su misma cabeza[4], y vengues al justo, remunerándole segun su justicia.

24. Si tu pueblo de Israél fuere vencido por los enemigos (pues pecarán contra ti) y convertidos hicieren penitencia, é invocaren tu nombre, y oraren en este lugar,

25. Tú los oirás desde el cielo, y perdonarás á tu pueblo de Israél su pecado, y los volverás á la tierra, que les diste á ellos, y á sus padres.

26. Si cerrado el cielo no cayere lluvia por los pecados del pueblo, y te rogaren en este lugar, y dando gloria á tu nombre, se convirtieren de sus pecados, cuando los afligieres,

27. Óyelos, Señor, desde el cielo, y perdona los pecados de tus siervos, y de tu pueblo de Israél, y muéstrales el buen camino, por donde deban ir: y da lluvia á la tierra, que diste á tu pueblo en posesion.

28. Si sobreviniere hambre en la tierra, ó peste, tizon, y añublo[5], ó langosta, ú oruga, ó los enemigos, despues de haber talado los campos, tuvieren sitiadas las puertas de la ciudad, ó se viese apremiada de cualquier plaga ó enfermedad:

29. Si alguno de tu pueblo de Israél, reconociendo su plaga y enfermedad, te rogare, y alzare á ti sus manos en esta casa,

30. Tú le oirás desde el cielo, esto es desde tu alta morada, y le serás propicio, y darás á cada

1 El mas alto de todos los cielos, el empíreo donde muestras tu majestad.

2 El texto hebréo conforme al v. 28 *del cap.* VIII *del Lib.* III *de los Reyes.*

3 Con juramento, que atendidas sus circunstancias se llama execratorio.

4 Hagas caer la iniquidad é injusticia del culpable sobre su misma cabeza.

5 MS. 8. *Moscardos.* La misma voz hebréa שרפון que tenemos aquí, se lee en el III *de los Reyes*, VIII, 37, donde se traslada *aër corruptus*, y significa los solanos que abrasan las mieses, y las secan antes de llegar á sazon. La voz *aurugo* ירקון, que se interpreta tambien ἴκτερος, *rubigo*, es la enfermedad que padecen las mieses, cuando habiendo precedido los aires solanos, toman estas regularmente un color pálido ó de paja, y aun de oro. En los hombres es la enfermedad á la cual se da el nombre de *ictericia*, *morbus regius.*

a Infrà XX, 9.

que secundùm vias suas, quas nosti eum habere in corde suo: (tu enim solus nosti corda filiorum hominum)

31. Ut timeant te, et ambulent in viis tuis cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris.

32. Externum quoque, qui non est de populo tuo Israël, si venerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnum, et propter manum tuam robustam, et brachium tuum extentum, et adoraverit in loco isto,

33. Tu exaudies de cœlo firmissimo habitaculo tuo, et facies cuncta, pro quibus invocaverit te ille peregrinus: ut sciant omnes populi terræ nomen tuum, et timeant te sicut populus tuus Israël, et cognoscant, quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificavi.

34. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra adversarios suos per viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam, in qua civitas hæc est, quam elegisti, et domus, quam ædificavi nomini tuo:

35. Tu exaudies de cœlo preces eorum, et obsecrationem, et ulciscaris.

36. Si autem peccaverint tibi ([a] neque enim est homo, qui non peccet) et iratus fueris eis, et tradideris hostibus, et captivos duxerint eos in terram longinquam, vel certè quæ juxta est,

37. Et conversi in corde suo in terra, ad quam captivi ducti fuerant, egerint pœnitentiam, et deprecati te fuerint in terra captivitatis suæ, dicentes: Peccavimus, iniquè fecimus, injustè egimus:

38. Et reversi fuerint ad te in toto corde suo, et in tota anima sua, in terra captivitatis suæ, ad quam ducti sunt, adorabunt te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, et urbis, quam elegisti, et domûs, quam ædificavi nomini tuo:

39. Tu exaudies de cœlo, hoc est, de firmo habitaculo tuo, preces eorum, et facias judicium, et dimittas populo tuo, quamvis peccatori:

40. Tu es enim Deus meus: aperiantur, quæso, oculi tui, et aures tuæ intentæ sint ad orationem, quæ fit in loco isto.

41. [b] Nunc igitur consurge Domine Deus in requiem tuam, tu et arca fortitudinis tuæ: sacerdotes tui Domine Deus induantur salutem, et sancti tui lætentur in bonis.

uno segun sus caminos, que sabes que él tiene en su corazon: (porque tú solo conoces los corazones de los hijos de los hombres)

31. Para que te teman, y anden en tus caminos todos los dias, que viven sobre la superficie de la tierra, que diste á nuestros padres.

32. Asimismo, si viniere de tierra distante un extranjero, que no es de tu pueblo de Israél, atraido de tu nombre grande, y de tu mano robusta, y de tu brazo extendido, y te adorare en este lugar,

33. Tú le oirás desde el cielo firmísima morada tuya, y harás todo aquello por lo que te invocare aquel forastero: para que conozcan tu nombre todos los pueblos de la tierra, y te teman así como tu pueblo de Israél, y sepan, que tu nombre ha sido invocado sobre esta casa, que he edificado.

34. Si saliere tu pueblo á campaña contra sus enemigos por el camino que tú los enviares, y te adoraren vueltos hácia esta parte, en que está esta ciudad, que tú escogiste, y la casa, que he edificado á tu nombre:

35. Tú oirás desde el cielo sus plegarias, y ruegos, y los vengarás.

36. Y si pecaren contra tí (pues no hay hombre, que no peque) y te airares contra ellos, y los entregares á sus enemigos, y los llevaren cautivos á tierra distante, ó á la que esté cerca,

37. Y convertidos en su corazon en la tierra, adonde fueron llevados cautivos, hicieren penitencia, y te rogaren en la tierra de su cautiverio, diciendo: Habemos pecado, hemos hecho inicuamente, injustamente hemos obrado:

38. Y se volvieren á ti de todo su corazon, y de toda su alma, en la tierra de su cautiverio, á la que fueron llevados, y te adoraren vueltos hácia el camino de su tierra, que diste á sus padres, y de la ciudad, que tú escogiste, y de la casa, que yo he edificado á tu nombre:

39. Tú oirás desde el cielo, esto es, desde tu firme morada, sus oraciones, y harás su causa, y perdonarás á tu pueblo, aunque pecador:

40. Porque tú eres mi Dios: estén abiertos, te ruego, tus ojos, y atentas tus orejas á la oracion, que se hace en este lugar.

41. Ahora pues ó Señor Dios levántate[1], y ven á tu reposo, tú y el arca de tu fortaleza: tus sacerdotes Señor Dios sean revestidos de salud[2], y tus santos alégrense en los bienes[3].

1 Y ven al lugar fijo de tu morada, para habitar en él perpetuamente. Estos dos versículos que no se leen en los *Libros de los Reyes*, se hallan igualmente en el *Salm.* CXXXI, 8, 9, 10.

2 Experimenten tu socorro y proteccion: sálvalos, para que ellos puedan tambien salvar á otros. En el *Salm.* citado se lee: *Induantur justitiam.*

3 Con los bienes y gracias que tú les dispensarás.

a III Reg. VIII, 46. Eccles. VII, 21. I Joan. I, 8.— *b* Psalm. CXXXI, 8, 9, 10.

42. Domine Deus, ne averteris faciem christi tui: memento misericordiarum David servi tui.

42. Señor Dios, no apartes el rostro de tu ungido[1]: acuérdate de las misericordias[2] de David tu siervo.

CAPÍTULO VII.

Consumidas las víctimas con fuego bajado del cielo, la majestad de Dios llena el templo. Se celebra la dedicacion del templo por espacio de siete dias con grande solemnidad. El Señor revela á Salomón, que ha oido su oracion.

1. Cùmque complesset Salomon fundens preces, ignis descendit de cœlo, et devoravit holocausta et victimas: [a] et majestas Domini implevit domum.
2. Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eò quòd implesset majestas Domini templum Domini.
3. Sed et omnes filii Israël videbant descendentem ignem, et gloriam Domini super domum: et corruentes proni in terram super pavimentum stratum lapide, adoraverunt, et laudaverunt Dominum: Quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.
4. Rex autem, et omnis populus, immolabant victimas coram Domino.
5. [b] Mactavit igitur rex Salomon hostias, boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia: et dedicavit domum Dei rex, et universus populus.
6. Sacerdotes autem stabant in officiis suis: et Levitæ in organis carminum Domini, quæ fecit David rex ad laudandum Dominum: Quoniam in æternum misericordia ejus, hymnos David canentes per manus suas: porrò sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israël stabat.

7. Sanctificavit quoque Salomon medium atrii ante templum Domini: obtulerat enim ibi holocausta et adipes pacificorum: quia altare æneum, quod fecerat, non poterat sustinere holocausta et sacrificia et adipes.
8. Fecit ergò Salomon solemnitatem in tempore illo septem diebus, et omnis Israël

1. Y habiendo acabado Salomón de derramar sus plegarias, bajó fuego del cielo, y consumió los holocaustos y las víctimas: y la majestad del Señor[3] llenó la casa.
2. Y no podian los sacerdotes entrar en el templo del Señor, por cuanto la majestad del Señor habia llenado el templo del Señor.
3. Y todos los hijos de Israél veian tambien bajar el fuego, y la gloria del Señor sobre la casa: y postrados rostro por tierra sobre el pavimento solado de piedra, adoraron, y bendijeron al Señor[4]: Porque es bueno, porque su misericordia es eterna.
4. Y el rey, y todo el pueblo, inmolaban víctimas delante del Señor.
5. Inmoló pues el rey Salomón las víctimas, de veinte y dos mil bueyes, y de ciento y veinte mil carneros: y dedicó la casa de Dios el rey, y todo el pueblo.
6. Mas los sacerdotes atendian á sus oficios: y los Levitas estaban con instrumentos músicos para los cánticos del Señor, que habia hecho el rey David para alabar al Señor[5]: Porque su misericordia es eterna, cantando los himnos de David y tañendo: y los sacerdotes[6] enfrente de ellos sonaban las trompetas, y todo Israél estaba en pié.
7. Santificó asimismo Salomón el medio del átrio delante del templo[7] del Señor: porque habia ofrecido allí los holocaustos y las grosuras de los pacíficos: por cuanto el altar de bronce, que habia hecho, no podia ser suficiente para los holocaustos y las víctimas y grosuras.
8. Celebró pues Salomón entonces una fiesta solemne por siete dias, y con él todo Israél, con-

1 Concede al que tú has hecho consagrar por rey de tu pueblo lo que te pide: no permitas jamás que se retire confuso y avergonzado de tu presencia. *III Regum* II, 16.
2 De los beneficios y promesas que hiciste á David mi padre. Ó tambien acuérdate de las cosas buenas, que hizo mi padre, por las cuales le diste muchas veces y en diferentes lugares tan repetidas muestras de tu bondad y misericordia.
3 Una nube, que era una señal visible de la presencia especial de Dios. — 4 Diciendo.
5 Diciendo: Porque su misericordia, etc. Se hace especial alusion al *Salmo* CXXXV, en que se repite este *hemistiquio*.
6 Los ciento y veinte, que se han dicho en el cap. V, 12.
7 En el átrio de los sacerdotes, que era el que estaba mas inmediato al templo, ó al santuario.

a II Machab. II, 8. — *b* III Reg. VIII, 63.

cum eo, ecclesia magna valdè, ab introitu Emath usque ad torrentem Ægypti.
9. Fecitque die octavo collectam, eò quòd dedicasset altare septem diebus, et solemnitatem celebrasset diebus septem.
10. Igitur in die vigesimo tertio mensis septimi dimisit populos ad tabernacula sua, lætantes atque gaudentes super bono, quod fecerat Dominus Davidi, et Salomoni, et Israëli populo suo.
11. [a] Complevitque Salomon domum Domini, et domum regis, et omnia quæ disposuerat in corde suo, ut faceret in domo Domini, et in domo sua, et prosperatus est.
12. Apparuit autem ei Dominus nocte, et ait: Audivi orationem tuam, et elegi locum istum mihi in domum sacrificii.
13. Si clausero cœlum, et pluvia non fluxerit, et mandavero et præcepero locustæ, ut devoret terram, et misero pestilentiam in populum meum:
14. Conversus autem populus meus, super quos invocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, et exquisierit faciem meam, et egerit pœnitentiam à viis suis pessimis: et ego exaudiam de cœlo, et propitius ero peccatis eorum, et sanabo terram eorum.
15. Oculi quoque mei erunt aperti, et aures meæ erectæ ad orationem ejus, qui in loco isto oraverit.
16. Elegi enim, et sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, et permaneant oculi mei, et cor meum ibi cunctis diebus.
17. Tu quoque si ambulaveris coram me, sicut ambulavit David pater tuus, et feceris juxta omnia, quæ præcepi tibi, et justitias meas judiciaque servaveris:
18. Suscitabo thronum regni tui, sicut pollicitus sum David patri tuo, dicens: Non auferetur de stirpe tua vir, qui sit princeps in Israël.
19. Si autem aversi fueritis, et dereliqueritis justitias meas, et præcepta mea, quæ

gregado en grandísimo número, desde la entrada de Emáth[1] hasta el arroyo de Egipto[2].
9. Y el dia octavo hizo la colecta[3], por haber hecho por siete dias la dedicacion del altar, y celebrado la solemnidad[4] por siete dias.
10. Y con esto el dia veinte y tres del mes séptimo envió á sus tiendas los pueblos, alegres y gozosos por los bienes, que habia hecho el Señor á David, y á Salomón, y á Israél su pueblo.
11. Y acabó Salomón la casa del Señor, y la casa del rey, y todo lo que habia propuesto en su corazon, hacer en la casa del Señor, y en su casa, y fué prosperado[5].
12. Y el Señor se le apareció de noche, y le dijo: He oido tu oracion, y me he escogido este lugar para casa de sacrificio.
13. Si cerrare el cielo, y no cayere lluvia, y mandare, y ordenare á la langosta, que consuma la tierra, y enviare peste sobre mi pueblo:
14. Y convirtiéndose mi pueblo, sobre el cual ha sido invocado mi nombre[6], me rogare, y buscare mi rostro[7], y se arrepintiere de sus caminos[8] muy malos: yo tambien le oiré desde el cielo, y seré propicio á sus pecados, y sanaré[9] la tierra de ellos.
15. Y mis ojos estarán abiertos, y mis orejas atentas á la oracion de aquel, que orare en este lugar.
16. Porque he escogido, y he santificado este lugar, para que esté allí mi nombre para siempre, y estén fijos sobre él mis ojos, y mi corazon en todo tiempo.
17. Tú tambien, si anduvieres delante de mí, como anduvo David tu padre, é hicieres conforme en todo á lo que te he mandado, y guardares mis mandamientos y leyes:
18. Levantaré el trono de tu reino, como lo he prometido á David tu padre, diciendo: No faltará varon de tu linaje, que sea príncipe en Israél.
19. Mas si me volviéreis las espaldas, y abandonáreis mis leyes, y mis preceptos, que os he

1 Llamada tambien Rebla, y despues Antioquía, la cual era el término de la Judea por la parte del Septentrion.
2 Que era el término por el Mediodia.
3 La junta general de todos, para dar gracias á Dios con cánticos sagrados y públicos regocijos. Véase el *Lev. cap.* XXIII, 36. FERRAR. *Y hizieron en el dia el octavo detenimiento; porque estrenamiento de la ara hicieron siete dias, y la Pascua siete dias.*
4 De los Tabernáculos. *III Reg.* VIII, 1, 2, *etc.* La dedicacion del templo fué el octavo dia del mes, y se celebró por siete dias continuos hasta el quince; y luego por otros siete la fiesta de los Tabernáculos hasta el veinte y dos. Con esto el veinte y tres, concluidas con tanta gloria ambas solemnidades, partieron las gentes para volverse cada uno á su casa.
5 Y salió bien en todo lo que habia deseado y emprendido.
6 Que tiene y se llama de mi nombre; porque el pueblo Hebréo tenia la excelencia de ser llamado *el pueblo de Dios.*
7 Me buscare con ansia de corazon, para reconciliarse conmigo. — 8 De su mala vida.
9 La libraré y preservaré de todos los males, y de las calamidades públicas.

a III Reg. IX, 1.

proposui vobis, et abeuntes servieritis diis alienis, et adoraveritis eos,

20. Evellam vos de terra mea, quam dedi vobis: et domum hanc, quam sanctificavi nomini meo, projiciam à facie mea, et tradam eam in parabolam, et in exemplum cunctis populis.

21. Et domus ista erit in proverbium universis transeuntibus, et dicent stupentes: Quare fecit Dominus sic terræ huic, et domui huic?

22. Respondebuntque: Quia dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Ægypti, et apprehenderunt deos alienos, et adoraverunt eos, et coluerunt: idcircò venerunt super eos universa hæc mala.

propuesto, y fuéreis á servir á dioses ajenos, y los adoráreis,

20. Os arrancaré de mi tierra, que os he dado: y esta casa, que he consagrado á mi nombre, la arrojaré de mi presencia, y la entregaré para que sirva de fábula, y de ejemplo á todos los pueblos.

21. Y esta casa será el proverbio de todos los que pasen, y dirán llenos de pasmo: ¿Porqué el Señor ha tratado así á esta tierra, y á esta casa?

22. Y responderán: Porque dejaron al Señor Dios de sus padres, que los sacó de la tierra de Egipto, y echaron mano de dioses ajenos, y los adoraron, y dieron culto: por esta razon han venido sobre ellos todos estos males.

CAPÍTULO VIII.

Salomón edifica varias ciudades, y hace que le pague tributo el resto de los Chananeos. Ordena los ministerios de los sacerdotes y de los Levitas conforme á las disposiciones de David. Una armada que envió Salomón á Ophir, le trae una grande cantidad de oro.

1. [a] Expletis autem viginti annis postquàm ædificavit Salomon domum Domini et domum suam:

2. Civitates, quas dederat Hiram Salomoni, ædificavit, et habitare ibi fecit filios Israël.

3. Abiit quoque in Emath Suba, et obtinuit eam.

4. Et ædificavit Palmiram in deserto, et alias civitates munitissimas ædificavit in Emath.

5. Extruxitque Bethoron superiorem, et Bethoron inferiorem, civitates muratas, habentes portas, et vectes, et seras:

6. Balaath etiam et omnes urbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctasque urbes quadrigarum, et urbes equitum. Omnia quæcumque voluit Salomon atque disposuit, ædificavit in Jerusalem et in Libano, et in universa terra potestatis suæ.

7. Omnem populum, qui derelictus fuerat

1. Y al cabo de veinte años [1] despues que Salomón edificó la casa del Señor y su casa:

2. Edificó [2] las ciudades, que Hirám habia dado á Salomón [3], é hizo que las habitasen los hijos de Israél.

3. Pasó tambien á Emáth de Suba, y se apoderó de ella [4].

4. Y edificó á Palmira en el desierto, y edificó en Emáth [5] otras ciudades muy fuertes.

5. Y asimismo fabricó á Bethorón de arriba, y á Bethorón de abajo, ciudades con muros, que tenian puertas, y barras, y cerraduras:

6. Y tambien á Balaath, y todas las ciudades mas fuertes, que fueron de Salomón, y todas las ciudades de los carros, y las ciudades de la gente de á caballo. Todo lo que Salomón habia querido é ideado, lo edificó en Jerusalém y en el Líbano [6], y en toda la tierra de su dominio.

7. Á todo el pueblo, que habia quedado de los

1 Siete años se emplearon en la fábrica del templo, y trece en la del palacio.

2 Reparó: y lo mismo se ha de entender en los versículos siguientes.

3 Restituido, ó vuelto á Salomón; lo cual parece inferirse del III *de los Reyes* IX, 13. Otros dicen, que cuando Salomón dió á Hirám las veinte ciudades, dió tambien este á Salomón otras, que son las que aquí se refieren.

4 Solamente en este lugar se hace mencion de esta expedicion de Salomón. La ciudad de Emáth, ó de Amatha al pié del monte Líbano, habia tocado en suerte á la tribu de Néphthali; mas los Chananeos la poseyeron muchos siglos, *Judic.* III, 3, hasta que David, venciendo y sujetando á los Syros, los hizo tributarios, *I Paralip.* XVIII, y tambien al rey de Emáth. Despues de la muerte de David, intentó aquella gente sacudir el yugo, JOSEPHO, *Antiq. lib.* VII, *cap.* 6, y esto dió ocasion á Salomón, á que hiciese esta expedicion contra ella.

5 En el territorio de Emáth. Palmira, cuyo nombre le dieron los Griegos, en Hebréo, es llamada תדמור. Es otra ciudad célebre de la Syria. *III Reg.* IX, 19.

6 De este monte dió nombre á su palacio.

a III Reg. IX, 10.

de Hethæis, et Amorrhæis, et Pherezæis, et Hevæis, et Jebusæis, qui non erant de stirpe Israël:

8. De filiis eorum, et de posteris, quos non interfecerant filii Israël, subjugavit Salomon in tributarios, usque in diem hanc.

9. Porrò de filiis Israël non posuit ut servirent operibus regis: ipsi enim erant viri bellatores, et duces primi, et principes quadrigarum, et equitum ejus.

10. Omnes autem principes exercitûs regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum.

11. [a] Filiam verò Pharaonis transtulit de civitate David in domum, quam ædificaverat ei. Dixit enim rex: Non habitabit uxor mea in domo David regis Israël, eò quòd sanctificata sit: quia ingressa est in eam arca Domini.

12. Tunc obtulit Salomon holocausta Domino super altare Domini, quod extruxerat ante porticum,

13. Ut per singulos dies offerretur in eo juxta præceptum Moysi in sabbatis, et in calendis, et in festis diebus, ter per annum, id est, in solemnitate azymorum, et in solemnitate hebdomadarum, et in solemnitate tabernaculorum.

14. Et constituit juxta dispositionem David patris sui officia sacerdotum in ministeriis suis: et Levitas in ordine suo, ut laudarent, et ministrarent coram sacerdotibus juxta ritum uniuscujusque diei: et janitores in divisionibus suis per portam et portam: sic enim præceperat David homo Dei.

15. Nec prætergressi sunt de mandatis regis tam sacerdotes, quàm Levitæ ex omnibus, quæ præceperat, et in custodiis thesaurorum.

16. Omnes impensas præparatas habuit Salomon ex eo die, quo fundavit domum Domini usque in diem, quo perfecit eam.

17. Tunc abiit Salomon in Asiongaber, et in Ailath, ad oram maris Rubri, quæ est in terra Edom.

18. Misit autem ei Hiram per manus servorum suorum naves, et nautas gnaros maris, et abierunt cum servis Salomonis in Ophir, tuleruntque indè quadringenta quinquaginta

Hetheos, y Amorrheos, y Pherezeos, y de los Heveos, y de los Jebuseos, que no eran del linaje de Israél:

8. De los hijos y descendientes de estos, que habian dejado con vida los hijos de Israél, Salomón los sujetó al tributo, hasta el dia de hoy.

9. Mas de los hijos de Israél no echó mano para que trabajasen en las obras del rey: porque ellos eran hombres de guerra, y los primeros oficiales, y los comandantes de sus carros, y caballería.

10. Todos los comandantes del ejército del rey Salomón fueron doscientos y cincuenta [1], los cuales amaestraban al pueblo.

11. É hizo pasar á la hija de Pharaón de la ciudad de David á la casa, que le habia edificado. Porque dijo el rey: No habitará mi mujer en la casa de David rey de Israél, por cuanto ha sido santificada: pues ha entrado en ella el arca del Señor.

12. Entonces Salomón ofreció holocaustos al Señor sobre el altar del Señor, que habia erigido delante del pórtico,

13. Para que todos los dias se hiciesen ofrendas en él segun el mandamiento de Moysés, en los sábados, y en las Neomenias, y en los dias solemnes, tres veces al año [2], esto es, en la solemnidad de los ázymos, y en la solemnidad de las semanas, y en la solemnidad de los tabernáculos.

14. Y estableció segun las disposiciones de David su padre los oficios de los sacerdotes en sus ministerios: y el órden de los Levitas, para cantar, y para servir delante de los sacerdotes segun el rito de cada dia: y la distribucion de los porteros en cada una de las puertas: porque así lo habia mandado David hombre de Dios [3].

15. Y no salieron de las órdenes del rey, tanto los sacerdotes, como los Levitas en todo lo que les habia mandado, y en las guardias de los tesoros.

16. Salomón tuvo prevenidos todos los gastos, desde el dia en que echó los cimientos á la casa del Señor, hasta el dia en que la acabó.

17. Entonces fué Salomón á Asiongabér, y á Ailáth á la ribera del mar Rojo, que está en la tierra de Edóm [4].

18. Y el rey Hirám le envió por medio de sus siervos navíos, y marineros prácticos en el mar, y fueron con los siervos de Salomón á Ophir, y llevaron de allí cuatrocientos y cincuenta talen-

1 En el III *de los Reyes* IX, 23, se dice, que eran quinientos y cincuenta; pero los mas principales eran los doscientos y cincuenta, que aquí se señalan. Otros quieren, que estos sean enteramente diversos de aquellos, que eran como unos sobrestantes, ó superintendentes de las obras de Salomón.

2 Las fiestas, que de órden del Señor instituyó Moysés, fueron: Pascua, Pentecostés, y la fiesta de los Tabernáculos. *Éxod.* XXIII, 14, *etc.* *Númer.* XXVIII, 9, *etc.*

3 Á quien Dios se lo habia revelado. *I Paralip.* XXVIII, 19. — 4 Puertos de mar en la Idumea.

a III Reg. III, 1.

talenta auri, et attulerunt ad regem Salomonem.

tos de oro [1], y los trajeron al rey Salomón.

CAPÍTULO IX.

La reina de Sabá admira la sabiduría de Salomón : le hace, y recibe de él magníficos presentes, y se vuelve á su país. Cantidad de oro que se traia á Salomón todos los años; y el uso que de él hacia. Su trono de marfil que cubrió tambien de oro. Muere Salomón el año cuarenta de su reinado, y le sucede su hijo Roboám.

1. [a] Regina quoque Saba, cùm audisset famam Salomonis, venit ut tentaret eum in ænigmatibus in Jerusalem, cum magnis opibus, et camelis qui portabant aromata, et auri plurimùm, gemmasque pretiosas. Cùmque venisset ad Salomonem, locuta est ei quæcumque erant in corde suo.

2. Et exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat : nec quidquam fuit, quod non perspicuum ei fecerit.

3. Quæ postquàm vidit, sapientiam scilicet Salomonis, et domum quam ædificaverat,

4. Necnon et cibaria mensæ ejus, et habitacula servorum, et officia ministrorum ejus, et vestimenta eorum, pincernas quoque et vestes eorum, et victimas quas immolabat in domo Domini : non erat præ stupore ultra in ea spiritus.

5. Dixitque ad regem : Verus est sermo, quem audieram in terra mea de virtutibus et sapientia tua.

6. Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, et vidissent oculi mei, et probassem vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam : vicisti famam virtutibus tuis.

7. Beati viri tui, et beati servi tui, qui assistunt coram te omni tempore, et audiunt sapientiam tuam.

8. Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum, regem Domini Dei tui. Quia diligit Deus Israël, et vult servare eum in æternum, idcircò posuit te super eum regem, ut facias judicia atque justitiam.

9. Dedit autem regi centum viginti talenta

1. La reina de Sabá, habiendo tambien oido la fama de Salomón, vino á Jerusalém, para hacer prueba de él con enigmas, trayendo consigo grandes riquezas, y camellos cargados de aromas, y muchísimo oro, y piedras preciosas. Y luego que llegó á la presencia de Salomón, le propuso todo lo que tenia en su corazon.

2. Y Salomón le explicó todo lo que habia propuesto : y no quedó cosa alguna, que no se la declarase.

3. La cual luego que vió la sabiduría de Salomón, y la casa [2] que habia edificado,

4. Y asimismo las viandas de su mesa, y las habitaciones de sus criados, y los oficios de los que le servian, y sus vestidos, los coperos y sus vestidos, y las víctimas que sacrificaba [3] en la casa del Señor : quedó atónita y como fuera de sí.

5. Y dijo al rey : Verdad es lo que he oido en mi tierra de tus virtudes y de tu sabiduría.

6. No daba crédito á los que me lo contaban, hasta que yo misma he venido, y lo he visto por mis ojos, y he hallado por experiencia que apenas me han contado la mitad de tu sabiduría : con tus virtudes has excedido la fama [4].

7. Bienaventurados tus varones [5], y bienaventurados tus siervos, que están en todo tiempo delante de tí, y oyen tu sabiduría.

8. Bendito sea el Señor tu Dios, que quiso colocarte sobre su trono por rey del Señor tu Dios [6]. Como Dios ama á Israél, y quiere conservarlo para siempre, por eso te ha puesto rey sobre él, para que hagas juicio y justicia.

9. Y dió al rey ciento y veinte talentos de

1 Véase *III Reg.* IX, 28, en donde se cuentan cuatrocientos y veinte talentos, acaso porque allí se pone la cantidad líquida deducidos los gastos, que ocasionó la flota en su larga navegacion. Algunos son de sentir, que se puede haber confundido la letra *caph* כ, que significa 20, con la *nun* נ, que vale 50. Véase el *cap.* XXII, 2.

2 Algunos Intérpretes creen, que por la casa se debe entender el templo del Señor, y el palacio de Salomón, y que está puesto aquí el singular por el plural. Otros lo entienden solamente del templo, que excedia en riqueza y magnificencia á todo lo que Salomón habia hecho.

3 En el Hebréo faltan estas palabras; y se lee : *Y su subida, por donde subia á la casa del Señor. III Reg.* X, 5, 12.

4 Tu mérito y tu virtud exceden ciertamente á lo que de tí publica la fama. — 5 Los de tu pueblo.

6 Para que reines en su lugar y con su autoridad en el pueblo del Señor Dios tuyo. Lo que dice, porque el Señor era el verdadero y primer Rey de este pueblo, y Salomón era como su vicario y teniente del Rey de reyes.

a III Reg. X, 1. Matth. XII, 42. Luc. XI, 31.

auri, et aromata multa nimis, et gemmas pretiosissimas : non fuerunt aromata talia ut hæc, quæ dedit regina Saba regi Salomoni.

10. Sed et servi Hiram cum servis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, et ligna thyina, et gemmas pretiosissimas :

11. De quibus fecit rex, de lignis scilicet thyinis, gradus in domo Domini, et in domo regia, citharas quoque, et psalteria cantoribus : nunquam visa sunt in terra Juda ligna talia.

12. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit, et quæ postulavit, et multò plura quàm attulerat ad eum : quæ reversa, abiit in terram suam cum servis suis.

13. Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per singulos annos, sexcenta sexaginta sex talenta auri :

14. Exceptâ eâ summâ, quam legati diversarum gentium, et negotiatores afferre consueverant, omnesque reges Arabiæ, et satrapæ terrarum, qui comportabant aurum et argentum Salomoni.

15. Fecit igitur rex Salomon ducentas hastas aureas de summa sexcentorum aureorum, qui in singulis hastis expendebantur :

16. Trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorum, quibus tegebantur singula scuta : posuitque ea rex in armamentario, quod erat consitum nemore.

17. Fecit quoque rex solium eburneum grande, et vestivit illud auro mundissimo.

18. Sex quoque gradus, quibus ascendebatur ad solium, et scabellum aureum, et brachiola duo altrinsecùs, et duos leones stantes juxta brachiola,

19. Sed et alios duodecim leunculos stantes super sex gradus ex utraque parte : non fuit tale solium in universis regnis.

20. Omnia quoque vasa convivii regis erant aurea, et vasa domûs saltûs Libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur.

21. Siquidem naves regis ibant in Tharsis cum servis Hiram, semel in annis tribus : et

oro [1], y una grandísima cantidad de aromas, y piedras muy preciosas : no hubo jamás tales aromas como los que dió al rey Salomón la reina Sabá.

10. Y los siervos de Hirám con los siervos de Salomón trajeron tambien oro de Ophir, y maderas de thyno [2], y piedras muy preciosas :

11. De las cuales maderas de thyno hizo el rey la graderia [3] en la casa del Señor, y en la casa del rey, y cítharas, y salterios para los cantores : nunca se vieron en la tierra de Judá tales maderas.

12. Y el rey Salomón dió á la reina Sabá todo lo que quiso, y pidió, y mucho mas de lo que ella le habia traido : la cual volviéndose, se fué á su tierra con sus siervos.

13. Y el peso de oro, que traian á Salomón todos los años, eran seiscientos sesenta y seis talentos de oro [4] :

14. Sin entrar en cuenta aquellas sumas, que solian traer los enviados de varias naciones, y los comerciantes, y todos los reyes de la Arabia, y los sátrapas de las tierras, que traian oro y plata á Salomón.

15. Hizo tambien el rey Salomón doscientas picas [5] de oro [6] del peso de seiscientos siclos [7], que se empleaban en cada una de las picas :

16. Y asimismo trescientos escudos de oro de trescientos siclos [8] de oro, con que se cubria cada escudo : y lo puso el rey en la armería, que estaba situada en el bosque [9].

17. Hizo tambien el rey un grande trono de marfil, y lo cubrió de oro purísimo.

18. Y seis gradas, por las que se subia al trono, y una tarima de oro, y dos brazuelos [10], uno por cada parte, y dos leones que estaban junto á los brazuelos,

19. Y además doce leoncillos que estaban sobre las seis gradas de una y otra parte : no hubo un trono tal en todos los reinos.

20 Asimismo toda la bajilla [11] de la mesa [12] del rey era de oro, y la bajilla de la casa del bosque del Líbano, de oro muy puro. Pues la plata en aquel tiempo era reputada por nada.

21. Por cuanto los navíos del rey de tres en tres años iban á Tharsis, con los siervos de

1 Ascendia la suma á trescientas noventa y tres arrobas y quince libras.

2 *III Reg.* X, 11, *et sup.* II, 8. Era una especie de madera olorosa, de θύω, *suffio*. Véase Plinio, *lib.* XIII, *cap.* 16, donde trata del uso de esta madera. Ferrar. *Arboles de corales.*

3 De esta madera fueron hechas las gradas ó escalera para subir al templo desde la casa del rey : véase la nota al v. 4, y tambien las barandillas, pasamanos, ó pretiles. *III Reg.* X, 12.

4 Dos mil y cerca de doscientas arrobas. La Ferrar. en lugar de *talentos* dice *quintales.*

5 En el III *de los Reyes* X, 16, se lee *scuta;* y la palabra hebréa צנה que hay en una y otra parte, significa *lanza, pica, y escudo.*

6 El Hebréo : *De oro de martillo;* esto es, batido ó extendido en planchas con martillo.

7 MS. 8. *Moravedís.* Cada siclo de oro pesaba ciento veinte y seis dracmas áticas.

8 Valor de diez y seis mil quinientos cincuenta y dos reales, y treinta y dos maravedís.

9 En la casa del bosque del Líbano, *III Regum* X, 16, 17, como se lee en los LXX

10 MS. 3. *Travados é asas.* C. R. *Arrimadizos.* — 11 MS. 3. *Las vasyllas.*

12 Ferrar. *De la escancianía.*

deferebant indè aurum et argentum, et ebur, et simias, et pavos.

22. Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ præ divitiis et gloria.

23. Omnesque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, ut audirent sapientiam, quam dederat Deus in corde ejus :

24. Et deferebant ei munera, vasa argentea, et aurea, et vestes, et arma, et aromata, equos, et mulos, per singulos annos.

25. Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in stabulis, et curruum, equitumque duodecim millia, constituitque eos in urbibus quadrigarum, et ubi erat rex in Jerusalem.

26. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à flumine Euphrate usque ad terram Philisthinorum, et usque ad terminos Ægypti.

27. Tantamque copiam præbuit argenti in Jerusalem quasi lapidum; et cedrorum tantam multitudinem velut sycomororum, quæ gignuntur in campestribus.

28. Adducebantur autem ei equi de Ægypto, cunctisque regionibus.

29. Reliqua autem operum Salomonis priorum et novissimorum, scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, et in Libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque Addo Videntis, contra Jeroboam filium Nabat.

30. Regnavit autem Salomon in Jerusalem super omnem Israël quadraginta annis.

31. Dormivitque cum patribus suis, et sepelierunt eum in civitate David : regnavitque Roboam filius ejus pro eo.

Hirám : y traian de alli oro y plata, y marfil, y monas, y pavos [1].

22. Salomón pues sobrepujó á todos los reyes de la tierra en riquezas y en gloria.

23. Y todos los reyes de la tierra deseaban ver el rostro de Salomón, para oir la sabiduría, que Dios habia puesto en su corazon :

24. Y le llevaban presentes todos los años, vasos de plata, y de oro, y vestidos, y armas, y aromas, caballos, y mulos.

25. Tuvo tambien Salomón cuarenta mil caballos en los establos [2], y doce mil carros, y doce mil de á caballo, y los puso en las ciudades de los carros [3], y en Jerusalém donde estaba el rey.

26. Tuvo tambien señorío sobre todos los reyes desde el rio Euphrates hasta la tierra de los Philistheos, y hasta los términos de Egipto [4].

27. É hizo que la plata fuese tan abundante en Jerusalém como las piedras; y tan grande la multitud de cedros como la de cabrahigos [5], que se crian en los campos.

28. Y traíanle caballos de Egipto, y de todas las provincias.

29. Mas el resto de las acciones de Salomón, las primeras y las últimas, se halla escrito en los Libros de Nathán profeta, y en los Libros de Ahías Silonita, tambien en la Vision de Addo [6], que profetizó contra Jeroboám hijo de Nabát.

30. Y reinó Salomón en Jerusalém sobre todo Israél cuarenta años.

31. Y durmió con sus padres, y le enterraron en la ciudad de David : y reinó Roboám su hijo en su lugar.

CAPÍTULO X.

Roboám desprecia el consejo de los ancianos, y sigue el de los jóvenes : por lo que el reino se divide en dos partidos; y Jeroboám es elegido rey de las diez tribus.

1. Profectus [a] est autem Roboam in Sichem : illuc enim cunctus Israël convenerat ut constituerent eum regem.

2. Quod cùm audisset Jeroboam filius Nabat, qui erat in Ægypto (fugerat quippe illuc ante Salomonem) statim reversus est.

3. Vocaveruntque eum, et venit cum universo Israël, et locuti sunt ad Roboam, dicentes :

4. Pater tuus durissimo jugo nos pressit, tu leviora impera patre tuo, qui nobis imposuit gravem servitutem, et paululùm de onere subleva, ut serviamus tibi.

1. Y Roboám pasó á Sichém : porque todo Israél se habia congregado allí para alzarlo por rey.

2. Lo que habiendo oido Jeroboám hijo de Nabát, que estaba en Egipto (pues habia huido allá de la presencia de Salomón) volvióse luego.

3. Y le llamaron, y vino con todo Israél, y hablaron á Roboám, diciendo :

4. Tu padre nos oprimió con un yugo muy duro, sea tu gobierno mas suave que el de tu padre, el cual nos cargó una pesada servidumbre, y alívianos un poco la carga, y seremos tus siervos.

1 MS. 8. *E pagos.* — 2 Véase el *III Reg.* IV, 26.
3 Donde tenian sus cuarteles y alojamientos para la gente de caballería. — 4 Véase el *Deuteronómio* XI, 24.
5 Ferrar. *Como higos sossos.* — 6 Estos libros se han perdido.

a III Reg. XII, 1.

5. Qui ait : Post tres dies revertimini ad me. Cùmque abiisset populus,

6. Iniit consilium cum senibus, qui steterant coram patre ejus Salomone, dum adhuc viveret, dicens : Quid datis consilii ut respondeam populo?

7. Qui dixerunt ei : Si placueris populo huic, et leniveris eos verbis clementibus, servient tibi omni tempore.

8. At ille reliquit consilium senum, et cum juvenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, et erant in comitatu illius.

9. Dixitque ad eos : Quid vobis videtur? vel respondere quid debeo populo huic, qui dixit mihi : Subleva jugum quod imposuit nobis pater tuus?

10. At illi responderunt ut juvenes, et nutriti cum eo in deliciis, atque dixerunt : Sic loqueris populo, qui dixit tibi : Pater tuus aggravavit jugum nostrum, tu subleva : et sic respondebis ei : Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei.

11. Pater meus imposuit vobis grave jugum, et ego majus pondus apponam : pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus.

12. Venit ergò Jeroboam, et universus populus, ad Roboam die tertio, sicut præceperat eis.

13. Responditque rex dura, derelicto consilio seniorum :

14. Locutusque est juxta juvenum voluntatem : Pater meus grave vobis imposuit jugum, quod ego gravius faciam : pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus.

15. Et non acquievit populi precibus : erat enim voluntatis Dei, ut compleretur sermo ejus, [a] quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Jeroboam filium Nabat.

16. Populus autem universus, rege duriora dicente, sic locutus est ad eum : Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Isai. Revertere in tabernacula tua, Israël, tu autem pasce domum tuam, David. Et abiit Israël in tabernacula sua.

17. Super filios autem Israël, qui habitabant in civitatibus Juda, regnavit Roboam.

18. Misitque rex Roboam Aduram, qui præerat tributis, et lapidaverunt eum filii Is-

5. Y les dijo : Volved á mí de aquí á tres dias. Y habiéndose retirado el pueblo,

6. Tuvo consejo con los ancianos, que habian asistido á Salomón su padre cuando aun vivia, y les dijo : ¿Qué me aconsejais que responda al pueblo?

7. Los cuales le dijeron : Si dieres gusto á este pueblo, y los suavizares con palabras dulces, serán tus siervos para siempre.

8. Pero él dejó el consejo de los ancianos, y comenzó á tratar con los jóvenes, que se habian criado con él, y estaban en su compañía.

9. Y les dijo : ¿Qué os parece? ¿ó qué es lo que debo responder á este pueblo, que ha venido á decirme : Aligéranos el yugo, que cargó tu padre sobre nosotros?

10. Mas ellos le respondieron como jóvenes [1], y como criados con él en delicias, y le dijeron : De este modo responderás al pueblo, que ha venido á decirte : Tu padre agravó nuestro yugo, tú aligéralo : pues así le responderás : El menor de mis dedos [2] es mas grueso que los lomos de mi padre.

11. Mi padre cargó sobre vosotros un yugo pesado, y yo os añadiré mayor peso : mi padre os azotó con varas, mas yo os azotaré con escorpiones.

12. Vino pues Jeroboám, con todo el pueblo, á Roboám el dia tercero, como él les habia mandado.

13. Y el rey, dejando el consejo de los ancianos, les respondió con dureza :

14. Y les habló conforme al gusto de los jóvenes : Mi padre cargó sobre vosotros un yugo pesado, que yo haré mas pesado : mi padre os azotó con varas, mas yo os azotaré con escorpiones.

15. Y no condescendió con los ruegos del pueblo : porque era voluntad de Dios [3], que se cumpliera la palabra, que habia hablado por boca de Ahías Silonita á Jeroboám hijo de Nabát.

16. Y todo el pueblo con la dura respuesta del rey, le habló de esta manera : No tenemos parte con David, ni herencia en el hijo de Isaí. Vuélvete á tus tiendas, Israél, y tú David gobierna tu casa. Y retiróse Israél á sus tiendas.

17. Y reinó Roboám, sobre los hijos de Israél, que habitaban en las ciudades de Judá [4].

18. Y envió el rey Roboám á Adurám superintendente de los tributos, y apedreáronle los hijos

1 El Hebréo : *Y hablaron en él los jóvenes ;* y como tales faltos de consejo.
2 MS. 3. *Mi milgerite.* En el texto hebréo no está expresa la palabra que corresponde al *digitus.*
3 No quiere decir esto, que Dios incitó ó movió á Roboám, para que diese una respuesta tan necia y tan soberbia; sino que queriendo por los pecados de Salomón separar de su posteridad el reino de las diez tribus, permitió que Roboám siguiese un consejo tan necio, para castigar por este medio los pecados de Salomón, y cumplir lo que sobre esto habia vaticinado á Jeroboám el profeta Ahías.
4 Que no eran de la tribu de Judá; pero estaban confundidos y mezclados con ellos, y ya avecindados en su pais.

a III Reg. XI, 29.